DE VARIOLIS VACCINIS TAM VERIS QUAM SPURIIS.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA BEROLINENSI
UT
SUMMI IN MEDICINA ET CHIRURGIA
HONORES RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE XIX. M. MARTII A. MDCCCXXIII.
H. L. Q. S.
PALAM DEFENSURUS EST
AUCTOR

CAROLUS CHRISTIANUS SCHÜTZE
MAGDEBURGENSIS.

OPPONENTIBUS:
L. WEISE, MED. DR.
F. DÖRING, MED. DR.
A. TITZSCHCKAU, MED. DR.

FORMIS BRÜSCHCKIANIS.

VIRO

ILLUSTRI CELEBERRIMO EXPERIENTISSIMO

J. N. RUST

REGI A CONSILIIS IN RE MEDICA INTIMIS SUPREMIS, CHIRURGORUM MILITARIUM REIQUE MEDICAE EXERCITUS BORUSSICI SUMMO PRAEFECTO. MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI PROFESSORI P. O. UNIVERSITATIS BEROLINENSIS ET ACADEM. MILIT. CLINICI CHIR. OPHTHALM. INSTITUTI CHIRURG. ET OBSTETRIT. IN NOSOCOMIO CARITATIS DIRECTORI. MILIT. EMERIT. MEDICO PRIMO, ORDINIS REGII AQUILAE RUBRAE ET CRUCIS FERREAE NEC NON ORDINIS RUTHENICI ST. ANNAE IN CLASSE SECUNDA EQUITI, COLLEG. EXAMIN. MED. PRAEF. COMPLURIUMQUE SOCIETAT. LITERARIAR. SODALI ETC. ETC.

FAUTORI SUO

SUMMOPERE VENERANDO

HASCE

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

SUMMA QUA PAR EST VENERATIONE

OFFERT

AUCTOR.

Prooemium.

Iam saepe variolis vaccinis obiecerunt, quod non satis a variolis defenderent. Non quaeram, iure an iniuria, attamen variolas vaccinas, si ab humanis non tutos praestiterant homines aut spurias, aut humanas variolas, post vaccinas subortas, varicellas fuisse arbitror. Hac de re distinctio variolarum vaccinarum verarum a spuriis ante omnia maximi momenti nobis esse debet, quamobrem signa utrarumque in dissertatione mea inaugurali inter se comparare mihi proposui. A Lectoribus Benevolis ut tirocinium in arte medica ponenti indulgeant, etiam atque etiam peto.

Variolarum vaccinarum brevis historia.

§. 1.

In nonnullis Angliae 1) et Germaniae 2) regionibus iam longo abhinc tempore, in mammis vaccarum interdum pustulas parvas oriri, et homines, manibus vulneratis mulgentes, simili morbo affici, posteaque variolis non patere, animadverterunt. Quae observationes parum tamen

1) J. Adams, Bemerkungen über Krankheitsgifte, Phagadäna und Krebs u. s. w. A. d. Engl. 1796.
Beddoes, Fragen über die Einpfropfung der Blattern — in Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Gebrauch praktischer Aerzte. Bd. 16. Leipzig 1796.

2) Hellwag, Bericht über die blauen Kuhblattern, ein in Holstein durch Zufall und Gebrauch längst bewährtes Vorbauungsmittel gegen die Kinderblattern — im nordischen Archiv für Natur und Arzneiwissenschaft. Bd. 1. St. 3. Kopenhagen 1801.

perspectae erant, usque donec Jennerus 1), medicus anglicus, die decimo quarto mensis Maii anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti has pustulas, variolas vaccinas dictas, industria inserens e vaccis in homines transtulerit. Quaecunque vir ille insignis, quem alii haud minus praestantes brevi secuti sunt, de variolarum vaccinarum, tam infectione fortuita ortarum, quam in hominibus insitione inductarum, exoptatissima vi observavit, qua homines a variolis tutos praestarent, et expertus est, nunc etiam probata, licet creberrime in dubium vocata 2) sunt. Qua re iam variolarum vaccinarum insitio, per totum fere orbem peracta, generi humano salutem praestat.

§. 2.

Sed variolae vaccinae verae tantum dispositionem corporis, ad contagium variolarum recipiendum, tollere, et ab his tantum, non a va-

---

1) E. Jenner, Untersuchungen über die Ursachen und Wirkungen der Kuhpocken u. s. w. A. d. Engl. v. F. Ballhorn. Hannover 1799.

2) B. Moseley, im Monthly Magazine. Januar 1808.
M. Herz, über die Brutalimpfung und deren Vergleich mit der humanen. Berlin 1801.
J. V. Müller, Beweis, dass die Kuhpocken mit den natürlichen Kinderblattern in keiner Verbindung stehen u. s. w. Frankfurt a. M. 1801.

ricellis 1) aliisque morbis homines defendere valent.

Variolarum vaccinarum genuinarum descriptio.

§. 3.

Variolae vaccinae genuinae, anglice Cow-Pox, Vaccine-Pox, Pap-Pox dictae, exanthema contagiosum, acutum referunt, quod forma pustularum parvarum, rotundarum et omnino planarum, sed media in vesicula depressarum in mammis et uberibus, rarius in palpebris vaccarum, affectibus nonnullis totius corporis praegressis, oritur. Pustulae circulo rubro, exiguo sensim sensimque augescente, cinctae, certum decursum sumunt, in crustas abeunt et exsiccantur.

§. 4.

Quae exanthemata, hominibus insita, ac variolae tutoriae, anglicae etc. nominata, itidem contagiosa et acuta sunt, pustulaeque eorum, formae et permutationis periodicae ratione variolis vaccarum similes, certo etiam temporis spatio decurrunt, et in alios propagatae naturam haud mutant.

---

1) L. F. Weise, Dissertatio inauguralis. §. 11. Berlin 1822.

Descriptio variolarum vaccinarum spuriarum.

§. 5.

Variolae vaccinae spuriae, ex anthemata perinde contagiosa, vesiculae sunt acuminatae, cuneiformes, singulae stadia sua brevi percurrunt, vel in ulcera chronica, corrodentia transeunt. Decursus itaque earum incertus est. In uberibus etiam vaccarum inveniuntur, et affectus morbosos totius corporis vel nullos vel minoris tantum momenti, quam verae, inducunt.

§. 6.

Variolae vaccinae spuriae hominum vesiculae parvae, molles sunt, quae exigua vi rumpuntur, et, si benignae sunt, modo exsiccantur, si malignae, in ulcera torpida transmutantur.

Symptomata et decursus variolarum vaccinarum verarum.

a. In vaccis.

§. 7.

Vaccae tres vel quatuor dies haud libenter pascuntur, ore vacuo ruminant, oculi sunt turbidi, lac parce secretum aquosum est. Nunc pustulae illae supra commemoratae in uberibus, interdum etiam in palpebris nascuntur. Post quatuor vel

quinque dies symptomata mali totius corporis in minuuntur, vel plane evanescunt, et pustul nunc perfecte excultae, colore livescente, v argenteo, et facie nitida, rubore peripherico sat rato livido circumdatae sunt 1). Fovea, quae i media pustula semper invenitur, margine tumid pustulae gignitur 2). Pustulis lympha limpid tenui repletis, ubera durescunt, et pressa, indo lescunt. Lympha sensim spissata, puris indolem recipit, et pustulae sub undecimum vel duode cimum diem in exsiccationis stadium intrant. Si mul ex illa impressione media crusta fusca pro venit, quae, ad marginem extensa, et pustulam ex toto tegens, incerto temporis spatio delabitur, et cicatricem rotundam relinquit. — Attamen saepe pustulae naturam ulcerum corrodentium, forsan externis ex causis, nanciscuntur.

b. In hominibus post insitionem.

§. 8.

Insitione peracta 3) primo et secundo die

---

1) G. Pearson, Untersuchungen über die Geschichte der Kuhpocken u. s. w. A. d. Engl. von Küttlinger. Nürnberg 1800.

Bremer, über die Kuhpocken. Berlin 1801.

2) A. Henke, Handbuch zur Erkenntniss und Heilung der Kinderkrankheiten. Bd. 1. S. 334.

3) Henke, l. c. S. 336. u. f.

ulla ex illa prodeunt symptomata peculiaria, vulnus-culum ictui tantum pulicis simile est. Die tertio (vel etiam quarto) macula parva, rubra observatur, cuius ambitus et rubor quarto die crescit, n qua digito admoto tuberculum subrotundum, latum sentitur. Quinto die tuberculum magis efflorescit, in pustulam sensim mutatum et area ubra, angusta circumdatum est. Pustula sexto die perfecta est; eius margo tumescit, quo fit, ut n centro impressio appareat. Pustula, colore margaritarum, iam humorem subcaeruleo-micantem, pellucidum continet. Area rubra distinctior et saturatior observatur. Omnia haec symptomata septimo die crescunt. Nunc, vel iam antea, sexto die, pruritus in loco insitionis, et dolor levis in axilla oritur. Pustula die octavo perfecte exculta, lineam supra cutem eminet, et diametros eius duas ad tres lineas continet. Die nono (nonnunquam etiam octavo) lympha husque limpidissima sensim sensimque turbatur, spissa, flavida et puriformis evadit, rubor vero periphericus celerius se expandit, in centro saturatus, in circuitu, pallidus apparens. Cutis calor hoc in loco perspicue auctus, et tela cellulosa durior est. Die decimo lympha prorsus purulenta est, et pustula paululum surgit, quo fit, ut impressio illa media diminuatur. Rubor periphericus in fastigium, ad plurium digitorum ambitum,

pervenit, interdum etiam brachium fere tot occupat, glandulis interim axillaribus leviter t mescentibus. Halone rubro a die undeci sensim sensimque decrescente, tandemque pla evanescente, languor et exsiccatio pustulae proc dunt, et crustula parva in media fovea formatu Quae crustae, ad margines se extendentes, et pu tulas ex toto pededentim obtegentes, corne laeves fuscaeque sunt, et citius vel tardius, pl rumque die vicesimo 1), abiiciuntur, et cicatr ces 2) leviter depressas, margine inciso instruct radiosasque relinquunt.

§. 9.

Symptomata universalia 3) nostro tempor fere desunt. Sed fit interdum, ut qui maiori sen bilitate gaudent sub diem quintum lassitudin levi, inquietudine, calore aucto in vola manus, su dore, colore faciei variante etc. afficiantur. Au sub diem decimum motus febriles minoris mo menti, cum calore pedum et manuum, cum tussi siti, nausea, vomituritionibus, aut etiam vomitu cum diarrhoea levi, sensibilitate aucta, somno ir

1) Reil, über die Erkenntniss und Cur der Fieber Bd. 5. §. 71.

2) A. Aubert, rapport sur la vaccine etc. Paris 1800.

3) A. G. Richter, specielle Therapie. Bd. 2.

requieto, adeoque convulsionibus etc. apparent. Quae febricula ad noctem exacerbatur, quadraginta octo horas ad summum persistit, et, si praeterlapsa est, iam non redit 1). Tempore formationis crustae saepe stigmata rubra cum nodulis parvis, acuminatis in cute, praesertim antibrachii inveniuntur, quorum rubor brevi evanescit, noduli contra per nonnullas hebdomades interdum persistunt. Raro noduli humore replentur.

Omnia haec symptomata totius corporis affecti pristinis temporibus crebriora, et propemodum semper vehementiora, saepiusque eruptione pustularum universali comitata fuerunt 2), de quarum natura et causis medicorum opiniones valde discrepant. Nonnulli 3) non concedunt, si variolae vaccinae verae sint, pustulas per totum corpus efflorescere. Infectione fortuito facta, si pustulas vaccarum manibus vulneratis tetigerunt, omnes affectus vehementiores, quam si morbus consilio excitatus est, esse videntur. Omnino etiam

1) Richter, l. c. S. 363.

2) W. Woodville, Beschreibung einer Reihe von Kuhpockenimpfungen u. s. w. A. d. Engl. v. F. G. Friese. Breslau 1800.

3) H. Jenner, an Address to the Public on the Advantages of Vaccine Inoculation etc. London 1800.
R. Dunning, Some observations on Vaccination or the inoculated Cow-Pox, London 1800.

variolarum vaccinarum contagium multorum h minum organismos permigrando naturam qu dem mitiorem recepisse, vim tamen tutoriam hau perdidisse videtur.

Alii 1) arbitrantur, decursum solummo certum pustulae insitae vi tutoriae sufficere; alii autem, symptomata universalia utique necessar esse contendunt. Reilius 3) perhibet, variol vaccinas, ut dispositionem ad variolas recipiend exstinguant, semper affectus universales efficer debere, quae tamen saepe tam mites, tamque le ves sint, ut, imprimis in pueris, plane non ani madvertantur.

Symptomata et decursus variolarum vaccinarum spuriarum.

a. Vaccarum.

§. 10.

Variolae vaccinae spuriae, vesiculae parvae,

---

1) C. R. Aikin, kurzgefasste Uebersicht der wichtigsten Thatsachen, welche bisher über die Kuhpocken erschienen sind. A. d. Engl. v. Hunnemann. Hannover 1801.

A. Aubert, l. c.

J. de Carro, observations et experiences sur l'inoculation de la vaccine. Vienne 1801.

Hecker, die Pocken sind ausgerottet. Erfurt 1802.

2) G. Pearson, l. c.

G. Bouchholz, vollständige Abhandlung über die Kuhpocken. Berlin 1802. S. 180.

3) l. c. §. 71.

olore albae, flavidae vel nigrae 1), in centro non npressae, hinc cuneiformes et acuminatae, triduo raeterlapso iam perfecte excultae, et morbum to-us corporis non provocantes, in uberibus vacca-am interdum efflorescunt. Rubor periphericus el plane nullus, vel certe levis est. Illegitime de-urrunt: vesiculae impetu diviso efflorescunt, quo t, ut morbus idem temporis spatium, vel longius, uam variolae vaccinae genuinae, persistere pos-t, quamquam singulae vesiculae sub diem quin-um vel sextum iam exsiccantur. Insitione non te peracta, vel fortuito cum hominibus commu-cari possunt.

b. In hominibus.

§. 11.

Si variolae vaccinae spuriae hominibus insi-e sunt, saepissime horis nonnullis praeterlapsis, mper iam brevi post insitionem inflammatio lo-lis oritur 2), et tantum in vesiculam, colore m margaritarum splendentem, sed albam, ac si re repleta esset, transit; vesiculae incerta forma reque semper acuminatae, vel leviter tantum mpressae, facile rumpuntur, citissime crescunt brevi tempore crusta tenui, scabra, flavescente-

---

1) Henke, l. c. S. 334.

2) Woodville, im physisch-medicinischen Journal u. s. w. für Deutschland bearbeitet u. s. w. v. Kühn, Januar 1801.

albida vel rubicunda 1), et in squamis 2) de
dente, obteguntur. Vesiculam mollem si pung
fere non resistit, et, humore turbido et puruler
profuso, collabitur 3).

Haud raro morbum febris comitatur, ad
que vehementior, quam variolas vaccinas ve
sed certo tempore non intrat et decurrit, mag
que ab irritatione locali pendet 4). Diebus se
tem peractis omnia phaenomena evanescunt,
benignae fuerunt, sin autem malignae 5), toto f
brachio rubore, qui diutius resistit, correpto, v
siculae in ulcera corrodentia, chronica, vel in i
sam necrosin telae cellulosae et quae illam s
quuntur, degenerant 6).

Decursus et phaenomena anomala va riolarum vaccinarum genuinarum.

§. 12.

Variolae vaccinae verae a decursu et pha
nomenis legitimis interdum deflectunt, quo f

---

1) Roose, über das Impfen der Kuhpocken. Brem 1801.

2) Reil, l. c. §. 71.

3) Reil, l. c. §. 74.

4) Reil, l. c. §. 75.

5) L. Sacco, neue Entdeckungen über die Kuhpocke die Mauke und die Schafpocken. A. d. Ital. v. V Sprengel. Leipzig 1813.

6) Reil, l. c. §. 74.

suspicionem variolarum vaccinarum spuriarum oveant, qua re eo accuratius et diligentius periciendae et observandae sunt.

Reperimus interdum, praesertim brevi post sitionem locum inflammatione corripi et nodum parvam referre; quae inflammatio, si sub diem iartum iteratur, et si e nodulo parvo, iam crus fortasse obtecto, pustulae legitime decurrentes pediuntur, variolae vaccinae tamen verae aestiandae sunt 1). — Rubor periphericus etiam mas minusve nonnunquam deest, aut totam brachii perficiem, ut erysipelas, occupat 2). — Secundum oservationes auctoris Sacconis 3) variolae vaccie vere tutoriae breviore, vel, ut alias evenit, ngiore tempore, quam fieri solet, transformatioım seriem percurrere, aut aliae pustulae iam siccatae, aliis modo efflorescentibus fuisse, diıntur. Idem commemorat, se, crustis tenuis reiectis, has iterum impletas, aut loco ırmationis crustae desquamationem cutis ipsius oservasse.

Nodulos illos supra (§. 9.) commemoratos eo in ulcera transire, Richterus 4) existimat, quod

1) Sacco, l. c.
2) Bremer, l. c.
3) Sacco, l. c.
4) Richter, l. c. S. 365.

lympha adhibita facultate tutoria careat, vel m vitioso insita sit, vel corpus dispositione pe liari praeditum fuerit.

De causis variolarum vaccinarum sp riarum.

§. 13.

Lympha 1) vitiosa haud dubie creberrime riolas vaccinas spurias profert. Talis est lym variolarum vaccinarum spuriarum, hominum que ac vaccarum 2), aut lympha pustulae ve quidem, sed refricando, vel aliis causis extern quo minus explicaretur, impeditae 3). Vitio etiam lympha est, si ante maturitatem pustula sub diem quintum, inseritur, aut serius, diem undecimum vel duodecimum, si iam pu formis est 4). Porro inserendo lanceolis rubig nosis, punctis nimis profundis, vel ope vesica tium et lintei materia imbuti variolae vaccin

---

1) Bremer, l. c.

2) E. Jenner, fortgesetzte Beobachtungen über d Kuhpocken. Aus d. Engl. von Ballhorn. Hannov 1800.

3) F. Colon, recueil d'observations et de faits relati à la vaccine etc. Paris 1801.

4) Bouchholz, l. c. S. 200.
Ficker, in Huf. J. 1802. Bd. 8. St. 1. S. 16.

uriae facile nascuntur 1). Itidem lympha tem-ore, aestu, frigore, aliisque causis depravata 2). lae pustulae etiam spuriae, et variolas vaccinas urias procreantes aestimandae sunt, quae vario-s veris et vaccinis superatis insitione repetita ovocantur 3), aut quae eruptione pustularum ccinarum universali (exceptis iis, quae in loco inctato effloruerunt) progerminant 4). Denique aevis pustula genuina lympham veram et spu-am continere, illaque quasi in cellis, haec in cculo, in media vesicula, sub impressione ver-ri, dicitur 5).

§. 14.

Sed pustulae spuriae natura etiam vitiosa ho-inis conciliari possunt, ad quam impetigines, l tantum proclivitas ad has permagna, et con-tutio corporis debilis laxaque pertinent 6). Cor-

---

) Henke, l. c. S. 339.
) Aikin, l. c.
Hecker, l. c.
H. Husson, recherches historiques et medicales sur la vaccine. Paris 1801.
J. de Carro, l. c.
Hecker, l. c.
Sacco, l. c. S. 88.
Reil, l. c. §. 70.
Richter, l. c. S. 379.
Richter, l. c.

pore brevi ante insitionem variolarum vaccinar iam variolarum contagio adfecto, aut, ut potest, si facultas, variolarum contagium vacc rum recipiendi, plane deest, pustulas spu oriri, et insitione propagari, compertum h mus 1). — Si in altero brachio pustulae v in altero vero eodem in homine spuriae pro minant, hoc ex peculiari conditione cutis in loco punctato pendere, verisimile est 2).

Discrimina inter variolas vaccinas ver et spurias, hominibus insitas.

§. 15.

Distinctio harum iam supra (§. 8. 9. 1 comprehenditur, sed ad meliorem conspect signa utriusque exanthematis hic describam.

1. Variolae vaccinae verae semper a vario defendunt, spuriae nunquam praesidio sunt.

Nonnulli quidem medici anglici contenderu variolas veras raro tamen observari 3), post cursum variolarum vaccinarum legitimum, qu etiam postea germanici medici plures et magr

---

1) Reil, l. c. §. 74.
2) Ienner, l. c.
3) R. Willan, über die Kuhpockenimpfung. A. Engl. v. G. Mühry. Götting. 1808.

uctoritatis comprobaverunt 1). Sed censentibus Ieimio 2), Bremero 3) et Saccone 4) illi caus confusione aliqua et erroribus nituntur. Heinius praesertim demonstrare conatus est, varicellaum genus, hactenus neglectum, variolisque ratione ecursus et formae simillimum, pro variolis veris abitum esse, et nulla habita ratione obiectionum lorum, non prius tamen sententiam suam de hac e, quam pluribus experimentis magis persuadenbus mutabit.

2. Decursus variolarum vaccinarum verarum rdinatus, certis diebus affixus est, et nisi causis ocentibus externis laesio efficitur, constitutione ropria tantum hominis accelerari aut retardari otest. Spuriae semper inordinate decurrunt, sive tissime, sive ad ulcera chronica, maligna transınt.

3. Variolarum vaccinarum verarum basin, isi laeduntur, fines acuti, rotundi includunt;

---

1) G. Mühry, in Huf. J. 1809. Märzstück. S. 1. u. f. u. 1810. Februarstück. S. 128.
Stieglitz, in Horns Archiv. 1809. Bd. 3. S. 187. u. f.

2) Heim, Diagnostik der falschen Pocken. In Horns Archiv für practische Medicin und Clinik. 1809. Bd. 2. S. 183 u. f. und 1811. Bd. 2. S. 269. u. f.

3) Bremer, in Horns Archiv. 1811. Bd. 1. S. 300 u. f.

4) Sacco, l. c.

spuriae oblongae, angulosae sunt, et margine-
rum magis extinguuntur.

4. Signa prima infectionis post insitio-
tertio demum die, aut quarto, nodulis form-
deprehenduntur in variolis vaccinis veris; in
riis autem inflammatio localis iam paucis
post insitionem saepe oritur.

5. Variolae vaccinae verae in media super-
semper impressione instructae sunt, quae sp-
semper deest.

6. Quare variolae vaccinae verae ratione figu-
formaeque planae sunt; spuriae acuminatae,
facie pisum dimidiatum aequant.

7. Pustula vera quasi cellulis constat, spu-
vesiculam simplicem format.

8. Quo fit, ut pustula vera maiorem du-
tiem contrectando praebeat, si aperitur, ma-
resistat, quam spuria.

9. Eadem ex causa pustula vera, acu aper-
humoris contenti guttula parva tantum effluit; sp-
ria contra plane evacuatur confestimque col-
bitur.

10. Variolae vaccinae verae usque ad temp-
certum humorem limpidum, pellucidum, tenac-
continent; in spuriis ab initio latex purulenta i-
venitur.

11. Qua re pustulae verae antequam lym-

ha turbatur colore margaritarum, coeruleo sunt; puriae contra ab initio albidae.

12. Pustulas veras in centro, sub impressione, umorem, variolas vaccinas spurias producentem, acculo circumclusum continere, dicunt.

13. In eruptione variolarum vaccinarum verum illum ruborem periphericum, decursu proprio, facie et ambitu, semper constantem invenimus, qui spuriis vel plane deest, vel incerto tempore oritur, aliam speciem habet et aliter decurrit.

14. Pustulae verae crusta laevi, nitida, fusaque obteguntur, spuriae crusta albescente-flavida, cabra, in squamis se solvente.

15. Formatio huius crustae in variolis vaccinis veris a media impressione ad marginem fit; in spuriis crusta in omni superficie simul proertur 1).

16. Pustulae genuinae cutem ipsam invadunt, puriae epidermidem et rete mucosum tantum fficiunt 2).

17. Affectus febriles variolas vaccinas comintes, si adsunt, semper certum tempus decurus sequuntur; in spuriis incerto spatio oriuntur, ad vehementiam phaenomenum localium accommodantur.

---

1) Bouchholz, l. c. S. 194.
2) Reil, l. c. §. 74.

Lympham conservandi modus.

§. 16.

Ne ipsi variolas vaccinas spurias excitemus, conservanda lympha cauti et accurati simus o[illegible] tet. Quodsi occasio non est, a brachio ad [illegible] chium lympham transferendi, quae sane omn[illegible] insitiendi methodis praeferenda est, linamen[illegible] vel spongiam, vel gossypium lympha recente [illegible] fundimus, et haec inter duas laminas vitreas, [illegible] pellucidas, quarum altera media cavitate exi[illegible] instructa est, interponimus. Si etiam lami[illegible] firme copulemus, et massa valde glutinante m[illegible] gines earum diligenter occludamus, ne aër a[illegible] mosphaericus accedat, lympha tamen ad summu[illegible] dies octo vel decem tantum incolumis servatur. Alii in cavitate laminae vitreae lympham ips[illegible] exsiccant, et, laminis oblitis, eaque lympha [illegible] mensem usque tertium adhiberi potest. — Su[illegible] qui instrumenta ad insitionem lympha tinga[illegible] eaque ab accessu aëris defendant; sed lanceol[illegible] rubiginem facile ducunt, qua contagium efficac[illegible] privatur. In acubus aureis tantum lympha diuti[illegible] idonea remanet. — Fila etiam subtilia, ex goss[illegible] pio, lympha recente rigari, paululum siccari, et i[illegible] vitris bene clausis ad inserendum conservari po[illegible] sunt. —

Narrante Saccone 1) lympham per duos annos integram et efficacem perstitisse scimus, canaliculis vitreis, angustis, receptam, sic bene obturata lagena, mercurio vivo impleta, immissam et in puteum demersam. —

Crustae etiam accurate conservatae e pustulis dum efflorescerent non laesis, et quae rite decurrerunt, ad insitionem adhiberi possunt, postquam in aquae guttula ad consistentiam usque olei, brevi ante insitionem, soluta sunt 2). Sacco 3) autem contendit, insitionem, hoc modo institutam, fere semper non succedere.

Quomodocunque autem servetur lympha, res utique magnam accurationem exigit, ne propria culpa hominem a perniciosissimo morbo minus tutum praestemus.

De inserendi methodis.

§. 17.

Variolas vaccinas veras certissime excitabimus, si lanceolae acutae, mundae, vel acus ope ad id confectae e pustula aperta a brachio ad brachium lympham transferimus, qua in re ob causas su-

---

1) Sacco, l. c.

2) Richter, l. c. S. 385.

3) Sacco, l. c. S. 99.

pra (§. 13.) dictas suadendum est, ut pustula ad marginem, neque media aperiatur. Si lympha exsiccata in usum vocatur, vaporibus aquae tepidae, aut saliva antea humectanda est. Apex instrumenti lympha imbutus ita sub epidermidem et in cutem oblique inseritur, ut sanguis tantum perluceat. Si sanguis e vulnere parvo exstillat, periculum est, ne contagium ipsum cum eo profundatur. — Plerumque in superiore parte utriusque brachii, ubi musculus deltoideus inseritur, insitio perficitur. Ne vestes lympham abstergeant, operatione peracta brachium nudum servetur, donec vulnusculum plane siccatum sit.

Alia inserendi methodus, sed priori longe postponenda, est, qua incisiones parvae, et parum profundae, cuti infliguntur, posteaque lympha lanceolae vel acus ope in vulnera leniter distracta infertur. — Insitio etiam ope fili siccati, qua cutem etiam non profunde, sed oblique incidunt, filum sub epidermidem immittunt, et per horas viginti quatuor intactum relinquunt, minime laudanda est, facillime enim variolas vaccinas spurias profert. — Multo minus illae methodi sequendae sunt, quibus taenia lintea, vel linamentum lympha antea madefactum et siccatum vulneri inciso imponitur, aut vesicatoriis epidermis detrahitur.

Novissimae methodi variolis vaccinis spuriis prae ceteris ansam praebent, et, cum pustula non rite formari possit, observationem decursus impedivit 1).

Reilius 2) optimum putat, epidermide apice lanceolae leniter abrasa, locum ope bacilli testudinei vel ex alia convenienti materia confecti lympha irrigari.

De receptivitate ad variolas vaccinas.

§. 18.

Non omnibus hominibus contagium variolarum vaccinarum recipiendi facultas inest, nam variolae superatae opportunitatem in variolas vaccinas amovent 3). Idem variolae vaccinae ipsae praestant. Praeterea nonnulli homines hoc contagio plane immunes sunt, quo tamen a variolis non defenduntur. Reilius 4) censet, infectione etiam contagio morbi pedum equorum, quem lingua vernacula „Mauke" nominant, non minus variolarum ovium variolas vaccinas veras gigni,

---

1) Reil, l. c. §. 70.
2) Reil, l. c. 70.
3) Ritter, Bemerkungen über die Kuhpockenimpfung, in Huf. J. 1821. Bd. 21. St. 4. S. 42.
4) Reil, l. c. §. 72.

et hoc modo, ne variolae vaccinae postea excitentur, impediri.

De origine variolarum vaccinarum.

§. 19.

Controversia medicorum de variolarum vaccinarum origine nondum satis diremta est. Alii 1) contendunt, contagio morbi equorum „Mauke" lingua vernacula dicti, ad ubera vaccarum translato, illas ortas esse; alii 2), morbum in vaccis lactentibus nasci. Aliis 3) affirmantibus, variolis ovium, sicut etiam morbo equorum vernacula „Strängel" dicto et morbo canum variolae vaccinae affines sunt. Alii 4) denique, contagio variolarum ad vaccas translato, in his mutato et mitigato illas tantum ortas esse credunt.

§. 20.

Tantummodo decursum et phaenomena variolarum vaccinarum diligentissime observantes, utrum illae verae sint, an spuriae, discernere, et

---

1) E. Ienner, Untersuchungen u. s. w.
2) Pearson, l. c.
Woodville, l. c.
3) Reil, l. c. §. 72.
Sacco, l. c.
4) Turner, in Monthly Magazine. 1799. Julius.
Moreau, traité de la vaccine etc. S. 311.

his constitutis, fieri possit, nec ne, ut variolae verae post variolas vaccinas oriantur, diiudicare possumus. Verisimillimum videtur, saepe medicos deceptos esse, et in variolis secutis, et praecipue in variolis vaccinis praegressis, cum post multos saepe annos detegere haud liceat, an verae fuerint, nec ne.

CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

BEROLINENSIS

ADIECTUM.

Ego, Carolus Christianus Schütze, Voelpke, pago prope Magdeburgum, die decimo septimo mensis Martii anno millesimo septingentesimo nonagesimo septimo natus sum. Postquam per annos quatuor Neohaldenslebiae scholam frequentaveram, mense Octobre anni millesimi octingentesimi decimi quinti numero alumnorum Instituti Regii medico-chirurgici Friderico-Guilelmiani adscriptus sum. Ibi quadriennium medicinae et chirurgiae studiose operam navavi, et per annum chirurgi munere in nosocomio caritatis functus sum. Hoc temporis spatio hisce interfui lectionibus:

In philosophicis Beat. Kiesewetter, in botanice et historia naturali Cel. Link, in zoologia Cel. Lichtenstein, in physicis, chemicis et pharmaceu-

icis Cel. Turte praeceptoribus gavisus sum. Ana-omiam universam, et cadavera dissecanda artem ll. Knape et Ill. Rudolphi me docuerunt. Physio-ogiae praecepta ab Ill. Rudolphi et Cel. Osann, athologiae generalis et semioticae a Cel. F. Hufeland ccepi. Pathologiam specialem Ill. Horn et Cel. F. Hufeland, materiam medicam Gener. a Coenen a Cel. Osann, therapiam tam generalem, quam pecialem Ill. C. W. Hufeland, Ill. Formey et Cel. F. Hufeland mihi tradiderunt. In chirurgia ll. Graefe, Ill. Rust et Cel. Kluge, in arte fascias pplicandi Ill. Mursinna, in akiurgia Ill. Graefe, ll. Rust et Ill. Mursinna duces mihi fuerunt. Arte bstetricia Ill. Mursinna et Cel. Kluge, doctrina le oculorum morbis Ill. Rust me instituerunt. ectionibus de arte formulas medicas concinnandi t de medicina forensi Ill. Knape, institutionibus linicis tam chirurgicis quam medicis Ill. C. W. Hufeland, Ill. Rust et Ill. Neumann usus sum.

Absolutis studiis per biennium munere chi-urgi in legione duodecima pedestri functus sum.

Tentamine et examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine peractis, spero fore ut post de-ensam hanc dissertationem summi in medicina et hirurgia honores rite mihi conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Missio sanguinis localis vicem universalis indicatae non supplere potest.

II.

Contagium variolarum et varicellarum unum idemque.

III.

Signa graviditatis omnia incerta.

IV.

Hepar organon purgatorium.

Cum fere autem omnium auctorum o
nione testatur, graviditatis sig
incerta esse, perlubenter tibi conce
absque te peto, ut tu etiam unquam
+ et experientia satis superque

... et [illegible] oppo. officii [illegible]
...iens absolvere volo, in qua ratione [illegible]
...ioni amici mihi longe dilectissimi obsequ...
atque thesis tertia annexa disputationi
Digna mihi videtur.
Gravid. signa generatim in plures classes di...
...nda sunt, quidemque in signa affecti...
...ibus local. certis deducta, in signa
vitae factoribus determinata, denique
in signa systemate nervale oblata.
Primae classis signis mutationes quae
morbosae systematis nervosi plus minus
[illegible] adnumerandae sunt, scilicet:
Horror, Vomituritio, Spasmi, Calor
anomalus, Languor, Vertigo, quid
multa: functionum organismi turbationes
...na classis secundae:
...lvum in amplitudinem adolescit, [illegible]
...on raro formatur; dolor in pubis regio...
extremitates infer., dolor [illegible]; pedum
oedema, varices, praecipue in femoris intern...
latere producuntur. –
Signa classis tertiae
...ssatio aut anomalia mensium; Tumor
abdom. Mutatio formae et directionis por...
tionis vaginalis uteri. Foetus parti...
praejacentes; Vita adquisita in mamis
Motus foetus; peculiari modo fix...
nam videtur [illegible]